

DIE ZWEI MINORITEN

PRINZ PETRUS VON ARAGONIEN UND KARDINAL BERTRAND ATGERIUS

zu Beginn des abendländischen Schismas (a).

Der Minorit Petrus von Aragonien (1) spielte im Schisma, in den Kämpfen zwischen Urban VI. und Klemens VII. eine hervorragende Rolle, einmal als eifriger Parteigänger für die Legitimität Urbans VI., dann aber durch seine eigene Persönlichkeit, sozusagen als lebendiger Beweis dafür. Er war königlicher Prinz vom Stamme der Könige von Aragonien, Sohn König Jacobs II. und der Königin Blanca, Tochter König Karls II. von Sizilien, Bruder König Alphons IV. und Onkel Pedros IV. von Aragonien, heiratete die Komtesse Johanna von Foix, von der er vier Kinder erhielt, drei Söhne und eine Tochter Eleonore, welche die Gemahlin des Königs von Cypren wurde. Nach dem Tode seiner Gemahlin (1358) trat Infant Petrus in den Minoritenorden. Seine hohen verwandtschaftlichen Beziehungen ausnützend, trat er in Aragonien, Kastilien und Frankreich eifrig für die Rechte Urbans VI. ein. Das Fundament seiner Ueberzeugung von der Legitimität desselben waren seine Visionen, infolge deren er sich als Werkzeug der göttlichen Vorsehung betrachtete, das Papsttum von Avignon nach Rom zurückzuführen, und als solches auch von anderen betrachtet wurde. Auf diese Weise galt Petrus, wie ich sagte, als lebendiger theologischer Beweis für Urban VI. An Urban V. hatte er den himmlischen Auftrag überbracht nach Rom zurückzukehren und über die Legitimität Urbans VI. erhielt er vom Himmel Versicherungen. Urban VI. war unter dem Zusammenreffen von allerlei Fügungen in Rom gewählt worden; er schien nach dem Willen des Himmels selbst der rechte Papst zu sein.

(a) SUMMARIUM: Petrus de Aragonia, filius Iacobi II regis Aragoniae, comes Ripacurtiae etc., post uxoris suae mortem ordinem Min. ingressus, schismatis occidentalis tempore ad partes Urbani VI stetit, pro quo in Aragonia, Castilia et Gallia animos principum conciliare studebat. Revelationibus praesertim propriis innixus hoc facere satagebat. Pluribus litteris *partim* iam vulgatis ap. Waddingum, IX, 40 (ad an. 1380 n. 27) et Raynaldum ad an. 1379 n. 6-7, 47-8, principes adhortatus est, ut Urbano VI adhaerent. E cod. Bibl. Palat. Vindob. 5067 hic editur epistola Fr. Petri, ad Fr. Bertrandum Atgerii O. F. M. directa, ut videtur, secunda parte anni 1379 composita, qua hunc cardinalem pro Urbano VI, derelicto Clemente VII, lucraretur. Narrat, quae ante et post electionem Urbani VI acciderant, visionesque suas, uti solebat, allegat. Includit epistolam card. Petri de Luna, quae tamen non iam die 11. Aprilis 1379 scripta esse potuit, sed verisimilius circa 21 eiusdem mensis. [NOTA DIRECTIONIS].

(1) De Petro de Aragonia cf. Wadding, *Annales Min.* VII, (II edit.) 44, 1325 n. 17; l. c. 86, 1328 n. 21; l. c. 194, 1366 n. 11; IX, 14, 1378, n. 4; l. c. 40, 1380, n. 26. Sbaralea, *Supplem. ad Script. O. M.* Romae 1806, 584. Baluze, *Vitae Paparum Aven.* Paris 1698, I, 967-9, 1435-6. Hain, *Repertorium Bibliographicum*, Stuttgartardiae et Paris. 1838, IV n. 12543-4. Raynaldus, *Annal. eccl.* 1359, n. 1; 1379, n. 6-7, 47-8. Latassa y Ortin, *Bibliotheca antiqua de los escritores Aragoneses*, Zaragoza 1796, II, 7-17. (1², Madrid 1885, 107-8).

Seine Ueberzeugung drückte Petrus in den vielen Schreiben aus, die er an seine hohen Verwandten sandte. Diese Korrespondenz ist schon teilweise durch O. Raynald bekannt geworden. Anderes davon ruht noch in den Archiven und Bibliotheken, wie denn Korrespondenzen des Infanten Petrus in den bei Raynald gedruckten Briefen erwähnt werden. In Cod. lat. 5064 fol. XXVI-XXVII r^o der K. K. Hofbibliothek zu Wien findet sich abschriftlich ein Antwortschreiben des Infanten an den Kardinal Bertrand Atgerius, der aus dem Minoritenorden hervorgegangen war (1). Dieser Kardinal, welcher an der Wahl Urbans VI. teilgenommen, hatte seinem Ordensbruder, dem Minoriten aus königlichem Hause, ein Schreiben gesandt, worin er von den beiden Papstwahlen handelt, diejenige Urbans VI. verwirft, diejenige Klemens VII. aber als die rechtmässige hinstellt, vermutlich um den einflussreichen Ordensbruder und eifrigen Anhänger Urbans VI. für Klemens VII. zu gewinnen. Petrus antwortet ihm, nicht dessen Beweise widerlegend, sondern das, was positiv zu Gunsten Urbans VI. sprach, anführend: 1^o) die Vorgänge vor der Wahl selbst: eine Cedula des Kardinals Bertrand, wodurch er sich dem Erzbischof von Bari, als dem zukünftigen Papst empfiehlt, was die Intention der Kardinäle beweisen soll, jenen zu wählen; 2^o) die Vorgänge bei der Wahl selbst und nach der Wahl; 3^o) die Art der Haltung der Kardinäle dem gewählten Urban VI. gegenüber, und 4^o) einen Brief des Kardinals Petrus de Luna an seinen Prokurator in Avignon vom 21. April 1378 worin dieser die Sturmszenen als nach der Wahl geschehen hinstellt. Endlich beruft sich Petrus auf seine Visionen, die ihm das Recht Urbans VI. und das Unrecht der Kardinäle verkündeten.

Der Brief ist zunächst ein Zeugnis für die Auffassungsweise des Schismas seitens des Prinzen Petrus von Aragonien, dient aber auch als historische Quelle, insofern Petrus wegen seiner hohen Geburt sicher in der Lage war, genauere Berichte über die Wahlvorgänge zu erhalten. Von Interesse ist das eingeschlossene Schreiben der Kardinäle Petrus de Luna, dessen Datum in der Handschrift sicherlich unrichtig ist; denn nach dem Inhalt kann es nicht schon am 11. April geschrieben sein. Die Krönung Urbans des VI. (18. April) ist erwähnt; das Kollektiv-Schreiben der Kardinäle an ihre zurückgebliebenen Kollegen in Avignon vom 19. April (2) erscheint als ziemlich gleichzeitig; somit wird das Datum lauten müssen: 21. April.

Der Brief des Minoriten Petrus von Aragonien ist ohne Zeitangabe. Da jedoch Bezug genommen wird auf den Brief an den König von Frankreich vom 1. April 1379 und die Phrase, worin Avignon, in der Anrede an Kardinal Bertrand als « euer », d. h. seines und der Kardinäle Nest bezeichnet wird, anzudeuten scheint, dass Klemens VII. mit seinen Kardinälen, wozu der Adressat gehörte, bereits wieder dorthin zurückgekehrt waren, versetze ich den Brief in die zweite Hälfte des Jahres 1379.

(1) Bertrandus Atgerius (Atgerii, Lagerius de Figeaco) episc. Assisien. 18. dec. 1357, transfertur ad eccl. Glandaten. 28. Ian. 1368; cardinalis creatur 30. maii 1371; obiit 19. nov. 1392. Eubel, *Hier. cath.* I, 21, 114, 274. Sbaralea, *Suppl. ad SS.* 138; I², 1908, 400.

(2) Raynaldus, *Annal.* ad an. 1378 n. 19.

Epistola Fr. Petri de Aragonia O. F. M.
ad cardinalem Bertrandum Atgerii O. F. M. data.

In nomine domini nostri Iesu Christi. Amen.

Responsio illustris domini fratris PETRI infantis de stirpe Regia Aragonie ordinis fratrum minorum ad litteram, quam misit ei dominus frater BERTRANDUS, Hostiensis cardinalis, olim de ordine fratrum minorum, qui Gladatensis vocatur.

Reverendissime pater et domine. Litteram vidi, quam mee parvitati misistis per fratrem Egidium de Morello ordinis nostri. Et, ut mihi videtur, palliare seu cooperire nitimini facta vestra, scilicet, de electione domini Urbani pape sexti, et est vestra intentio, ut pretenditis, quod predicta electio fuit facta et non rite facta, electio autem secundi, scilicet Clementis, facta fuit rite et debite et secundum canonicas sanctiones. Et quia in littera vestra plurima sunt contenta et sermonibus involuta, non respondeo ad singula propter prolixitatem vitandam, sed tamen volo veraciter ad aliqua respondere.

Sed primo volo, si placet, quod vos respondeatis ad hec que sequentur. Etenim vidi cedulam quam misistis domino Urbano non in tumultu, sed per tres dies, antequam conclave intraretis. Que est sub tali forma:

Reverende pater, hinc ad paucos dies eritis m[ichi] dominus et magister; quapropter ex nunc, ut ex tunc, me vobis specialiter recomendo(1).

Hec cedula, quam non fecistis per vim, quia nullus cogebat vos, nec alique mine vobis, nec cardinalibus compatriotis vestris fuerant adhuc facte. Quis coegit dominum Penestrinum ante tumultum per sex horas vel circa in electionem Urbani prorumpere in hiis verbis:

Domini mei, faciamus sic quod provideamus ecclesie Dei et talem eligamus quod huic populo, scilicet Romano, debeat merito complacere et nobis omnibus verisimiliter se reddere graciosum. Circa que sunt videre meo sex precipue attendenda. Primum quod sit etatis mature. Secundum quod sit vite honeste. Tercium quod sit sciencie magne. Quartum quod sit doctus in stilo. Quintum quod sit familiaris et amicus noster. Sextum quod sit saltim Ytalicus nacione, ut per eum patrimonium Ecclesie recuperetur; quod per extraneum fieri posse non credo. Que quidem sex, domini mei, in nullo alio video concurrere nisi in uno, scilicet in domino archiepiscopo Baren[si]. Iste namque quinquagenarius est et ultra, et adeo honestus quod a XIII^o annis citra a quibus conversatus est in curia Romana, numquam auditum est de eo aliquid sinistri renibus vel manu, ore vel opere. Quantum autem ad scienciam, de hoc non est dubitandum; nam est magnus canonum doctor, sicut in suis collacionibus notum est. De stilo (a) nemo esitat (b); nam gubernavit a multis annis citra cancellariam, adeo ipse solus habet in stilo Curie documenta. Preterea nobis omnibus familiarissimus; nam creatura omnium nostrum, maxime Lemovi-

(a) stillo ms.

(b) i. e. hesitat, ms. exitat, vide Gayet, l. c. nota 1.

(1) Haec verbotenus leguntur apud «Casus recitatus per abbatem Sistrensam» ed. ap. L. Gayet, *Le grand schisme d'Occident*, II, Paris 1889, Append. 29, p. 46-48 nr. 15-21.

ensium, utpote qui a sancte memorie domino Gregorio in Baren[si] episcopo ordinatus; natione Ytalicus, quia Neapolitanus et subditus regine Sicilie, que est de genere Francorum. Ex quo rex Francie et fratres sui debebunt merito contentari. Quibus omnibus ponderatis, ego in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, sancte Romane ecclesie cardinalis, dominum archiepiscopum Baren[sem] eligo in sancte Romane et universalis ecclesie summum pontificem sponte et libere omni modo et via et forma, quibus melius possum tam de iure quam etiam de facto.

Facta autem eleccione per prefatum dominum Penestrinum statim elegit eum dominus de Agrifolio (1) modo et forma, quibus supra. Deinde dominus Pitaven[sis], et quartus in ordine elegistis vos, cui hec littera dirigitur, quintus dominus Vivarien[sis], sextus dominus de Britania, septimus dominus de Varnio, octavus dominus sancti Angeli, nonus dominus de sancto Eustacio, decimus fuit dominus de Luna, et fuit undecimus dominus Geben[ensis]. Quatuor autem Ytalici ultimi in eleccione fuerunt, quorum tres forte sperabant eligi ad papatum, sed videntes omnes Ultramontanos concordantes et unanimes in eleccione prefata, de ipsis quodammodo desperati elegerunt dictum dominum Baren[sem] hoc modo et forma et ordine; nam dominus sancti Petri fuit primus, secundus de Mediolano, tercius Porthuen[sis]; dominus autem de Ursinis nunquam elegit. Card[inalis] de Luna decrevit scribere litteram, quam scripsit procuratori suo, qui erat Avinion[is], sub verbis sequentibus:

Amice carissime. Non credimus vos latere, qualiter sancte memorie dominus noster papa Gregorius viam fuit universe carnis ingressus XXVII^a die Martii, et nona die Aprilis fuit electus concorditer in papam archiepiscopus Baren[sis], olim regens cancellariam. Post cuius eleccionem et ante publicationem Romani fecerunt contra nos magnum rumorem. Sed laudetur Deus, quia post aliquod spacium cessavit, nec fuit inde tantum secutum, quantum sperabatur verisimiliter. Proveniente die dominica Resurreccionis idem noster dominus electus extitit cum magna solemnitate, honore et leticia tam Romanorum quam aliorum coronatus. Super (a) his omnibus scribimus dominis nostris cardinalibus commemorantibus Avinion[is], quibus placeat litteras presentare. Scriptum Rome [X]XI^a Aprilis. Hec littera.

Quis coegit vos ipsum intronizare et ipsum capa scarletii induere, ipsum in die pasche solempniter coram populo coronare, ipsum denunciare regibus et populis catholicis summum pontificem et antistitem? Quis coegit vos et alios cardinales, concorditer et unanimiter respondentes eidem domino archiepiscopo Baren[si], iurantes supra sacratum altare, eundem dominum Baren[sem] libere et concorditer elegisse? Quis coegit vos ad maiorem cautelam et certitudinem sui et tocium mundi ibidem, scilicet in capella, eum de novo elegisse? Quis coegit vos ab eo plenam absolucionem peccatorum vestrorum petivisse? Quis coegit fere omnes vos beneficia petere ab eo et rotulos sibi presentare pro amicis et familiaribus et capellanis? Quis coegit vos, cui hec littera dirigitur, cum magna instancia impetrasse et obtinuisse ab eo titulum Ostiens[em]? Quis vos coegit, ad predictum tamquam ad verum papam tam in missis quam in vesperis, tam in consiliis quam in consistoriis exli-

(a) Super] *ms. sub, sed correctum.*

1) De his cf. Eubel, *Hier. cath.* I, 20 seqq.

bere sibi reverenciam et honorem debitum velud pape? Quis coegit dominum Ambienen[sem], qui non fuit in eleccione, quando Spiritus sanctus descendit in alios, ut predictum dominum Urbanum eligeret, sed erat in terra Corneti, que distat per XL miliaria de Urbe, rediens a tractatu pacis, pro quo fuerat missus a sancte memorie domino Gregorio? Hic autem non vocatus nec requisitus, sed sponte et libere venit Romam, exhibuitque domino Urbano reverenciam et relacionem fecit de omnibus suis tractatibus circa factum predictum pacis tamquam domini Gregorii carissimo successori.

Multa alia media possent tangi, que verissime probant, vos non coacte, sed pocius spontanee et libere et rite predictum dominum ele-gisse. Ignoratis, Domine? Scio vos non ignorare quod *os qui (a) mentitur, occidit animam* (1) et perdet *omnes qui loquuntur mendacium* (2). Cum enim quasi in fine littere dicitis quod avertat et avertat quod mentiti fueritis, ego hoc non capio nec credo, quod totus mundus vos posset de pernicioso mendacio excusare, quia vel nunc omnes mentimini salva vestra reverencia, vel a principio mentiti fuistis. Et ideo rationi vestre, quam ita fortem et ansilem (b) dicitis, nullatenus adherendum est, quia minor rationis predicte, ut ex dictis superius recitatis potest deduci, vel in parte vel in toto continet falsitatem. Melius me nostis, pater, quod tres sunt veritates, veritas vite, veritas doctrine, et veritas iusticie. Veritas iusticie prorogari potest propter scandalum, sed veritas vite et veritas doctrine nullo scandalo nec periculo mortis potest dimitti, quia cedere de ipsis seu deviare ab ipsis est peccare mortaliter; quod quidem peccatum, scilicet mortale, est mors anime, et pocius debemus corpus perdere, quam Deum offendere per peccatum mortale. Quod fuit peccatum Petri, nisi negare Christum propter timorem mortis? Et quicumque negat veritatem, scilicet menciendo, et perniciose negat Christum, qui dicit de se ipso: *Ego sum via et veritas et vita* (3).

Insuper sciat paternitas vestra, quod revelata sunt in indigno hec que secuntur per ordinem.

Primo quod dominus meus y[esus] vocat vos cardinales antiquos nicolaitas et mendaces, vocat civitatem Avinionensem nidum vestrum Samariam; est reprobatum et dampnatum regimen vestrum. Postquam eciam recessi a Roma et veni ad partes istas, est revelata michi crucifixio Christi moderno tempore in populo christiano. Fuit revelatum presens scisma in civitate Avinionen[si] tempore domini Urbani quinti, quod futurum erat in ecclesia Dei, et sunt modo XIII anni et ultra: Sub Herode milia milium innocencium sub dirissimi spiculatoris (c) gladio peribunt. Revelavit michi Paulus tunc per visionem noctis, cuius effigiem manifeste vidi, dicens: *Petre oportet te ire Romam*. Et dictum preceptum fuit michi factum per beatos apostolos Petrum et Paulum in vigilia eorundem in civitate Toletana. Modo sunt decem anni vel amplius. In villa de Medina del (d) Campo per beatum Augustinum qui michi apparuit cum fratre Bernardo Olivarii (4) olim episcopo Dertus-

(a) qui] sic ms. (1).

(b) ansilem] ms. ancilem.

(c) spiculatoris] ms. speculatoris, sed correctum.

(d) del] vel! ms.

(1) Sap. I, 11.

(2) Psalm. V, 6.

(3) Ioh. XIV 6.

(4) Cf. Eubel, *Hier. cath. med. aevi*, I, p. 231; U. Chevalier, *Répertoire des sources histor. du moyen âge*, bio-bibliographie, II, 341B. Erat O. S. Aug., qui obierat anno 1348.

sien[si], fuit michi preceptum a Domino quod irem ad venacionem (a), et sunt magna et longa verba, et in fine verborum fuit michi dictum per beatum Augustinum: *Sis forti animo et non dubites, quia non ibis solus, sed magna et nobilis multitudo gentium sequetur te et statim mutabitur tibi.* In villa Candie diocesis Valentine hora completorii fuerunt michi revelata de eleccione Urbani sexti, que significavi domino meo regi Aragonie, a domino Iesu Christo, prout in littera sibi missa per me lacius continetur. Et ibidem potestis clarius intueri et manifestissime apparet, qualiter approbat eleccionem ipsam, sicut in littera quam misi regi Francorum (1), regi Castellae et duci Verunde, apparet. Tamen in vigilia sancti Michaelis habui magnum conflictum cum dyabolo volente me impedire prima vigilia noctis, ne ipsam litteram scriberem domino duci. Prevaluit tamen in me Spiritus Dei, qui est doctor doctorum et instructor lucide veritatis. Item in villa sive loco de Martholono in conversione sancti Pauli proxime preterita, qua die intravi Barch[in]o[n]iam, cum post matutinas vellem quiescere et dormire, quia eram valde fessus ex itineracione, dixit Dominus ad me: *Petre non est tempus dormiendi, quia te introeunte civitatem Barch[in]onensem habes bellare ibi pro me et vicario meo Urbano et pro ecclesia sancta Dei.*

Reverendissime pater, ut non putetis me falsidicum, volo me obligare ad hoc quod predictae revelaciones examinentur per illustrissimos principes, imperatorem Romanorum et regem Francie. Et si revelaciones predictae sunt false propter hanc (b) seu ex illusionem dyabolica procedentes, quod ego tanquam falsidicus ponar in igne et ibi comburam. Si vera sunt et divina et revelata a domino nostro Iesu Christo et a Spiritu sancto prolata, quod vos cardinales, qui duos summos pontifices elegistis, dampnemini tanquam mendaces, quia tales vos dicit esse dominus meus Iesus in revelacionibus supra dictis, et illico revocetis quicquid per vos cardinales gestum sit contra Urbanum eius vicarium, et habeatis ipsum in summum pontificem cum tota ecclesia Dei. Hanc litteram quam vobis mitto, pater, non abscondatis nec eam ponatis *sub modio, sed super candelabro, ut luceat omnibus qui in domo sunt* (2). Ecclesie militantis, et hoc ad confusionem vestri, cum reverencia loquendo, et omnium adherencium opinioni vestre perverse et ad dampnacionem in die iudicii coram supremo iudice, nisi penitentiam egeritis de errore per vos in mundum introducto, et ad viam reducamini veritatis. Datum Barch[in]one] (3).

Graz, (Austria).

Dr. Fr. BLIEMETZRIEDER,
Universitätsdozent.

(a) venacionem] *sic ms.*

(b) hanc] *sic ms.*

(1) Cf. citatas 441 nota a.

(2) Matth. V 15.

(3) In tergo fol. XXVII habetur a manu copistae: Verum grandeque testimonium illustris domini fratris Petri de stirpe regia Aragonie pro papatu Urbani pape sexti.